

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

- 1 Q. Metellus in ea oratione, quam habuit supremis laudibus patris sui L. Metelli
pontificis,
2 bis consulis, dictatoris, magistri equitum, XV viri agris dandis, qui plurimos elephantos
3 ex primo Punico bello duxit in triumpho, scriptum reliquit decem maximas res
4 optimasque, in quibus quaerendis sapientes aetatem exigent, consummasse eum:
5 voluisse enim primarium bellatorem esse, optimum oratorem, fortissimum imperatorem,
6 auspicio suo maximas res geri, maximo honore uti, summa sapientia esse, summum
7 senatorem haberi, pecuniam magnam bono modo invenire, multos liberos relinquere et
8 clarissimum in civitate esse; haec contigisse ei nec ulli alii post Romam conditam.
9 longum est refellere et supervacuum abunde uno casu refutante, siquidem is Metellus
10 orbam luminibus exegit senectam amissis incendio, cum Palladium raperet ex aede
11 Vestae memorabili causa, sed eventu misero. quo fit, ut infelix quidem dici non debeat,
12 felix tamen non possit. tribuit ei populus Romanus quod nulli alii ab condito aevo,
13 ut, quotiens in senatum iret, curru veheretur ad curiam: magnum ei et sublime, sed pro
14 oculis datum.
15 Huius quoque Q. Metelli, qui illa de patre dixit, filius inter rara felicitatis humanae
16 exempla numeratur: nam praeter honores amplissimos cognomenque Macedonici a
17 quattuor filiis inlatus rogo, uno praetorio, tribus consularibus, duobus triumphalibus,
18 uno censorio, quae singula quoque paucis contingere. in ipso tamen flore dignationis suae
19 ab C. Atinio Labeone, tribuno plebis, quem e senatu censor eiecerat, revertens e campo
20 meridiano tempore vacuo foro et Capitolio ad Tarpeium raptus, et praecipitaretur,
21 virtutis suae opera et censura periturus, aegre tribuno, qui intercederet, reperto;
22 a limine ipso mortis revocatus alieno beneficio postea vixit bonis inde etiam consecratis
23 a damnato suo, tamquam parum esset faucium reste intortarum, expressi per aures
24 sanguines poenam exactam esse.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Der Übersetzung sind Erläuterungen nach inhaltlichen und sprachlichen Gesichtspunkten beizugeben.

